Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36539
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



qui ascendit sup omnes celos ut ad
impleret omnia. Et ipse dedit quidem
quidem apostolos quidam autem prophetas alios
uero euangelistas. alios autem pastores
et doctores ad consummationem sanctorum in
opus ministerii in edificationem corporis
christi. donec occurramus omnes in
unitatem fidei in uirum perfectum in
mensuram etatis plenitudinis christi.

A[illegible]ta.

Omnes gentes plaudite manibus
iubilate deo in uoce exultationis.

S. Johanne

Hillo t. Subleuatis ihe oculis in
celum dixit. Pater uenit hora. clarifica filium tuum ut filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis. ut omne quod dedisti ei det eis uitam eternam. Hec
est autem uita eterna. ut cognoscant
te solum dm uerum et quem misisti ihm xpm. Ego te clarificauj super terram. opus consummauj quod dedisti mihi ut faciam. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum. claritate quam habui prius
quam mundus esset apud te. Manifestauj nomen tuum hominibus
quos dedisti mihi de mundo. Tui erant
et michi eos dedisti. et sermonem
tuum seruauerunt. Nunc cognouerunt quia omnia que dedisti mihi
absit sunt. quia uerba que dedisti
mihi dedi eis. et ipsi acceperunt et crediderunt quia tu me misisti. Ego pro
eis rogo non pro mundo rogo. sed pro
his quos dedisti mihi quia tui sunt.
Et mea omnia tua sunt. et tua mea
sunt et clarificatus sum in eis. Et
iam non sum in mundo. et hi in mundo sunt et ego ad te uenio. Off. V[illegible]
ri galilei quid admiramini
aspicientes in celum hic iesus qui assumptus est a
uobis in celum sic uenet
ri et quemadmodum uidistis eum
ascendentem in celum ad patrem in
celum. uia. Se.

Sacrificium dne pro filii tui uenerabili ascensione deferimus precantes.
ut hec sacra sancta commercia ad regna
conscendamus celestia. Pref. Qui
post resurrectionem suam co. Pater cum essem cum eis ego seruabam eos
quos dedisti mihi ad patrem uia nunc au
tem ad te uenio non rogo ut tollas eos
de mundo sed ut seuues eos a malo
ad patrem uia. co. Tribue
qs ompc ds hec sacramenta sancta
que sumpsimus. ut illuc tendat nostre
deuotionis affectus. quo tecum est
nostra substantia. Hic x. In die sco.

Uiri galilei quid admirati
mini aspicientes in celum ad
ueniet uia quem admodum uidistis